

Sigismundus I. Rex Poloniae  
et Bona Sfortia Regina Sponsa

21  
Serenissima Princeps et Domina Sponsa No:  
stra Charissima, Intelligentes vestram Se:  
renitatem feliciter Regno nostro appropin:  
quare, misimus illi obviam Reverendos  
in Christo Patres Dominos Joannem Po:  
suanensem, et Erasmus Plocensem Epi:  
scopos, ac magnificos Christophorum de  
Schidlowiec Palatinum et Capitaneum Cra:  
coviensem Regniq; nostri Cancellarium, ac  
Lucam de Jorka Castellanum Posnaniensem  
et Capitaneum majoris Poloniae genera:  
lem Consiliarios nostros sincere nobis dile:  
ctos. Ad exicipiendam Nostro nomine ve:  
stram Serenitatem, et illam faustissimis  
auspicijs ad Regnum nostrum conduendam.  
Qui etiam nonnulla verbis nostris illi re:  
ferent, et proinde postulamus ab eadem Se:  
renitate vestra, ut illis plenam fidem adhi:  
bere, et suum optatissimum aduentum in  
amorem et complexum nostrum mutuum,  
una cum illis maturare dignetur. Valeatq;  
felicissime, et nos amet. Datum Craoviae  
Millesimo Quingentesimo Decimo Octavo  
in Martio.

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*